



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 180. An facto contractu venditor teneatur mercem tradere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42561

tradita est, sciverit priorem venditionem, praesumitur fraus, & prior emptor intra annum à die scientiæ habet jus evincendi rem, si tamen intra annum non repetat, secundus emptor, si non induxit venditorem, etiam si sciens emerit, in utroque foro est tutus, & solus venditor personaliter obligabitur primo emptori, ac tenebitur de damnis, ita citatis Juribus & Authoribus *Spor. à n. 86.* potestque videri etiam *Laym. l. 3. t. 4. c. 17. §. 4.*

976 Q. 180. An facto contractu venditor teneatur mercem tradere. R. Aliqui negant, & putant satisfacere solvendo interesse, quod saltem pro foro externo videtur probabile; tamen absolute dicendum est teneri tradere, quia ad hoc determinate se obligavit per venditionem, uti recte *Bartol. Covarr. Menoch. Castrop. d. 5. p. 23. flls. t. 4. d. 2. n. 409.*

977 Q. 181. Ad quem spectent fructus vel alia affixa rei venditæ. R. §. 1. Si aliud nihil conventum sit, fructus tam maturi quam immaturi actu pendentes in re determinata vendita, licet necdum tradita, spectant ad emptorem, uti leges decernunt apud *Less. l. 2. c. 21. n. 100. flls. n. 410. Spor. n. 93.* Ratio est, quia sunt veluti pars rei, quæ emptori debetur, hinc si vinea habens uvæ emptæ sit ante autumnum, traditio autem fiat, postquam uvæ à venditore collectæ sunt, detrahendum est de pretio, quanti uvæ tempore contractûs pendentes æstimabantur, *Mol. Lug. Less. supra.* Similiter pensio domûs elocatae pro tempore post venditionem sequente spectat ad emptorem, quia habet se per modum fructûs pendentis, tunc nondum perceptibilis à venditore. Similiter venditæ equo censetur venditum frænum; item venditæ domo, licet necdum persoluto pretio, ad emptorem